

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Vitruvii ... De architectura libri decem**


**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Capvt VII

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)

ROTVNDARVM MONOPTERARVM. AC PE  
ripterarum aedium in summo tholata fere  
perindicata figura.



de  
ne  
ne  
siq  
qua  
ne  
si a  
rit  
me  
Sec  
cœ  
ben  
mut  
uer  
sua  
in fa

C  
tus  
lum  
ficio  
stris  
ca u  
bus  
nia i  
in La  
tion  
cidi  
nij, e

Sunt enim res, quas & in pusillo, & in magno theatro, necesse est eadem magnitudine fieri propter usum, uti gradus, diazomata, pluteos, itinera, ascensus, pulpita, tribunalia, & si qua alia intercurrunt, ex quibus necessitas cogit discedere ab symmetria, ne impediatur usus. Non minus si qua exiguitas copiarum, id est marmoris, materiae, reliquarumque rerum, quae parantur in opere defuerint, paululum demere, aut adijcere: dum id ne nimium improbe fiat, sed cum sensu, non erit alienum. Hoc autem erit si architectus erit usu peritus: praeterea ingenio mobili solertiaque non fuerit uiduatus. Ipsae autem scenae suas habeant rationes explicatas, ita uti mediae ualuae ornatus habeant aulae regiae, dextra ac sinistra hospitalia. Secundum autem ea spatia ad ornatus comparata (quae loca Graeci  $\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\varsigma$  dicunt, ab eo, quod machinae sunt in ijs locis uersatiles trigonos habentes) in singula tres sint species ornationis, quae cum aut fabularum mutationes sunt futurae, seu deorum aduentus cum tonitribus repentinis, uersentur, mutantque speciem ornationis in frontes. Secundum ea loca uersurae sunt procurrentes, quae efficiunt una à foro, altera à peregre aditus in scenam.

DE TRIBVS SCENARVM GENERIBVS.  
CAPVT VIII.

GENERA autem sunt scenarum tria, unum quod dicitur Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus sunt inter se dissimiles disparisque ratione, quod tragice deformantur columnis, fastigijs & signis, reliquisque regalibus rebus. Comicae autem aedificiorum priuatorum, & moenianorum habent speciem, perfectiusque fenestris dispositos imitatione communium aedificiorum rationibus. Satyricae uero ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarij operis speciem deformatis. In Graecorum theatris non omnia iisdem rationibus sunt facienda, quod primum in una circinatione, ut in Latino, trigonorum quatuor, in eo quadratorum trium anguli circinationis lineam tangunt. Et cuius quadrati latus est proximum scenae, praeciditque curuaturam circinationis, ea regione designatur finitio proscenij, & ab ea regione ad extremam circinationem curuaturae, parallelos

R      linea de